



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1715. usque ad annum 1718

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1782**

**VD18 13322648**

§. 46. Summi Pontificis anxietas.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67649](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67649)

Sæc. XVIII.

A. C. 1716.

„Qui exinde redundat in nos co-  
 „mulatissimus honos, addet robur no-  
 „vum, novos spiritus, quibus vehe-  
 „mentius in dies excitati, Majorum  
 „nostrorum Doctrinam circa fidei dog-  
 „mata, dignitatem Regni, thronique  
 „Regis, Ecclesiæ Gallicanæ libertatem  
 „inconcussam servare pro virili satage-  
 „mus, nostris alumni instilabimus  
 „ad posteros sicut paternum hæredita-  
 „tem, & peculium singulare alia  
 „omni pretiosius transmittemus. Ceterum  
 „rum & pro comperto habemus, con-  
 „fidimusque, non aliis artibus magis  
 „posse nos de Ecclesia, de patria, de  
 „omnibus ordinibus, Majorum nostrorum  
 „more optime mereri; vestris  
 „nobis indies conciliare & fovere bene-  
 „volentiam, ac probare vestro semper  
 „tui memoris animi nostri prouidentia  
 „vos officia, qui omnibus votis ac sin-  
 „gulis, illustrissimi & integerrimi iudices,  
 „nos plurimum obnoxios, ac  
 „dictissimos, & devotissimos profitemur.

## §. XLVI.

*Summi Pontificis anxietas.*

*Lafiteau*  
*Hist. Const.*  
*t. 2. l. 3.*  
*pag. 158.*

In turbido hoc rerum statu tristibus  
 oppido curis vexabatur Pontifex  
 quippe ab Episcopis, quorum auctori-  
 tas a quibusdam Universitatum Doctores

Sæc. XVIII.  
 A. C. 1716.

ribus tam audacter impetebatur, sollicitatus, legum severitate ejusmodi Academias & præcipue Parisinam ceterarum Antesignanam ad officium redigere decreverat: Verum non deerant alii, qui summo Pontifici suggererent, inde rem pejorem fieri, eoquod Facultatis Doctores a Papæ censuris tanquam *ab abusu* provocaturi essent, & tum nova eaque longe molestissima cum Parliamentis contentio suscitaretur: alii ergo exasperatos animos conciliandi diversa proponebant media; suadebant nonnulli, huic negotio penitus superfedendum esse, Sufficere, inquiebant, quod Constitutio a Clero Gallicano sit acceptata, quindecim vero Episcoporum repugnantiam esse contemnendam: cunctas ferme Conciliorum decisiones a nonnullis fuisse impugnatas, quin propterea quicquam earum auctoritati derogatum: aut ab horum consilio alienus erat Pontifex, ratus, hac taciturnitate errorem foveri, & opponentium numerum augeri: nec acquievit consilio eorum, qui ab omnibus ditiorum Catholicarum Episcopis de Constitutionis acceptatione authentica testimonia esse requirenda, eisque prælo vulgatis refractarios de universali Ecclesiæ consensu convincendos existimabant: Verum Pontifex ejusmodi te-

P 2

stium

Sæc. XVIII. stium concursum pro aliis Bullis ne  
A. C. 1716. ab ipsis Gallis unquam fuisse petitum  
 nec per ejusmodi testimonia unquam  
 eorum, qui aliis Bullis sese opposuerunt  
 audaciam fuisse repressam, reposuit; a  
 aliunde autem speciem præberi, ac  
 Constitutiones dogmaticæ primum  
 expressæ atque universalis acceptatione  
 certitudinem vim Regulæ fidei obtine-  
 rent, timendumque, ne refractarii hæc  
 ipsa testimonia quæsitis aliis prætextibus  
 eluderent. Urgebant alii Pontificem  
 ut Synodum indiceret, locum & Lega-  
 tos nominaret, & refractarios ad  
 eam vocaret; hac ratione, inquit  
 isti, prævenirentur interjectæ appella-  
 tiones, & Pontifex judicium in propria  
 causa tulisse, argui non posset, firmum  
 que obsistentibus suam factionem pro-  
 pagandi tempus præriperetur; ita enim  
 nec ipse Lutherus, si statim Synodus  
 fuisset celebrata, Germaniam, & Sep-  
 tentrionales plagas suo veneno in-  
 cendi tempus habuisset, quod de  
 solis suis transactionibus nactus erat.  
 Quamvis Pontifex a Concilio Nationali  
 in Galliis celebrando non omnino alle-  
 nus esset, illud tamen convocandi diffi-  
 cultates, & Lutheranorum ac Calvi-  
 nistarum Tridentinam Synodum re-  
 scientium exempla absterrebant: fuit  
 nihilominus Theologis injunxit, ut om-

nia obstacula, quæ Jansenistæ, eorum-  
que fautores in præsentì temporum vi-  
cissitudine ejusmodi Synodo opponere  
possent, exacte exponerent: cum ergo  
hi tot tamque graves difficultates enu-  
merarent, ut illæ intra semestre eno-  
dari posse, haud sperandum esset, Pon-  
tífex dimisso hoc consilio, judices de-  
legari, atque judicii acta in opponen-  
tes instrui voluit: Id vero summopere  
displicuit Cardinalibus, qui Pontífici  
exponebant, obstare Franciæ consue-  
tudes, vi quarum Episcopos, in pri-  
ma, ut vocant, *instantia* in Provinciali  
Synodo judicandi jus Metropolitæ eo-  
rumque Suffraganeis competit, Ponti-  
ficum vero delegatos nonnisi via appel-  
lationis, & post sententiam in reos Epi-  
scopos latam agnosci: ac propterea  
Clerum Gallicanum Anno 1650. inter-  
posita intercessione contra Urbani VIII.  
Bullam de causis majoribus Romam de-  
volvendis, petiisse, ut Episcoporum  
causæ majores ad eorum Provincias  
remitterentur, missisque literis en-  
cyclicis cunctis Episcopis injunxisse,  
ut insuperhabitis ejusmodi Bullis ipsi-  
met causas majores dijudicarent. Hæc  
vero, cum sine auctoritatis Pontificiæ,  
temporisque dispendio fieri haud posse,  
crederet Pontífex, animum ad alia  
convertit consilia, ac præprimis statuit,

P 3

ut

Sæc. XVIII.  
A. C. 1716.

Sæc. XVII. ut deinceps viduatis Ecclesijs nomi-  
 A. C. 1716 Episcopi sanæ doctrinæ affecti præfice-  
 rentur, eapropter Sacrarum Congrega-  
 tionum Cardinalibus inibuit, ne ad  
 Archiepiscopatus, Episcopatus, & Be-  
 neficia nominandis, vel alias ob cau-  
 sas ad Romanam Curiam recurrentibus  
 confirmationis, concessionisque literæ  
 expedirent, nisi prius Pontificis man-  
 datum desuper accepissent: Vi huius  
 mandati Abbas Lotharingus ad Ba-  
 censem Episcopatum, Abbas Castræ  
 ad Turonensem, & Abbas de Tour-  
 res ad Rutenensem nominati suas lit-  
 ras obtinendi spe privabantur, nisi  
 Constitutionem acceptaturos, ejusque  
 observentiam in suis Diæcesibus prom-  
 tutos scriptotenus pollicerentur: Pariter  
 Abbati San-Albino & Abbati de Thel-  
 necnon Entraguino ad Claromontanam  
 Ecclesiam ab Aurelianensi nominati  
 ejusmodi literæ denegabantur, eo quod  
 primi duo Episcoporum opponentium  
 Diæcesani essent, & tertius accusaretur,  
 quod, se nunquam Constitutionem  
 acceptaturum, palam jactasset: Ex hac  
 vero repulsa rursus novæ molestiæ Pon-  
 tifici accersebantur; eo quod Bentivog-  
 lius Nuntius de horum Abbatum vita  
 doctrina & moribus testimonium fa-  
 propitium jamjam Romam misisset,  
 quo factò a Rege nominatos excludere

concordatis contrarium erat: insuper Sæc. XVIII.  
 Cardinales Pontifici significabant, quod A. C. 1716.  
 hac repulsa hosce nominatos veluti  
 hæresis reos dijudicare, novamque for-  
 mulam, cui nominati subscribere tene-  
 rentur, invehere videretur, timendum  
 autem foret, ne Parlamenta Episcopo-  
 rum & Cleri jura protegendi obtentu  
 novos concitarent motus, aliunde vero  
 ipsimet Regi non levis irrogaretur in-  
 juria, perinde acsi ad vacantes Eccle-  
 sias hæreticos aut saltem de fide su-  
 spectos nominasset: Hæc Pontifex se-  
 ria mente perpendens, in arcto se po-  
 situm indoluit: effrænem opponentium  
 licentiam reprimere, postulabat officii  
 sui ratio; tacere & dissimulare, inde-  
 corum, & ob refractariorum Pontifi-  
 ciæ moderationi insultantium petulau-  
 tiam erat noxium, & severitate uti  
 minus tutum; opponebantur enim il-  
 lico integræ cohortes, quæ objecto Epi-  
 scopalis potestatis, Regnique consue-  
 tudinum scuto per Regum potentiam,  
 Regni jura, & Ecclesiæ Gallicanæ li-  
 bertates suam causam etsi iniquam con-  
 tra Pontificia edicta tuebantur, hinc  
 sæpius exclamabat Pontifex: „ligan-  
 „tur mihi manus, obstruitur os, quam-  
 „diu cuncta audendi, scribendi & lo-  
 „quendi libertas hostibus meis impune  
 „conceditur: notum tibi est, inquebat

Sæc. XVIII.  
A. C. 1716.

ad Tremollium Cardinalem convertus  
 „quanta impudentia in Galliis tot Sa  
 „cerdotes discoli, inquieti Monachi  
 „indociles Canonici, audaces Parochi  
 „ad Pastorum suorum vocem aures clau  
 „dant, eorum mandata eludant, cen  
 „suras spernant, ipsisque eorum Pe  
 „sonis insultent, & effræni libertate  
 „calamos suos acuunt: Quandonam  
 „tem eorum rebellio fuerit castigata: re  
 „unicum profer exemplum: nonne  
 „contrario, si vel unicus meas partes  
 „tenere creditur, mox ad Tribunal  
 „raptatur, ibidemque ignominiose hu  
 „betur? Quæ reverentia erga charact  
 „rem Episcopalem? nonne indign  
 „prorsus modis habebatur Archiep  
 „scopus Rhemensis, & non aliam  
 „causam, nisi quod Constitutioni me  
 „debitum deferri obsequium procurare  
 „nonne ipsius declaratio carnificis ma  
 „nu fuit combusta? Quid non attenta  
 „runt contra Nannetensis, Massiliensis  
 „& Tollonensis Episcoporum mandata  
 „qua rabie insurrexere contra Cabillo  
 „nensis Episcopi Epistolam, qua Con  
 „stitutionis meæ auctoritatem stabil  
 „studuit? nonne literas, in quibus Ep  
 „scopi ad sacræ Sedis jura descendente  
 „excitabantur, novissime proscripse  
 „runt? calamitosum sane tempus, quo  
 „dissensionum furor, sprete Regia au  
 „ctoritate



„toritate Ecclesiæ pacem procurare Sæc. XVIII.  
 „intenta, contra omnes legitimas po- A. C. 1716.  
 „testates impune grassatur? Ergo su-  
 „premis potestatibus saltem ad quere-  
 „las os aperire denegabitur? Non, non  
 „absit a me, si tot contumelias dissi-  
 „mularem, prævaricator forem: quæ  
 „animo statui, opere exequar: illis,  
 „quorum doctrina mihi est suspecta,  
 „litteras confirmationis constanter dene-  
 „gabo, & beneficiorum collationes ab  
 „Episcopis opponentibus factas minime  
 „ratas habebo, nec ultra eorum testi-  
 „monia acceptabo., Nec in solis ejus-  
 „modi minis hæsit Pontifex, sed plu-  
 „ribus ad Episcopatus nominatis lite-  
 „ras Apostolicas concedere, constanter  
 renuit.

§. XLVII.

*Opponentium artes in pervertendis  
 acceptantibus.*

Cum Aurelianensis Dux Regni Rector  
 probe prospiceret, Parisiensium Do- *Lafiteau l. c.*  
 ctorum, aliorumque temerarios ausus *pag. 136.*  
 primævam suam originem ex Episco-  
 porum dissidiis trahere, hinc ut securi  
 ad radicem posita mali progressum si-  
 steret, totus in eo erat, ut præprimis  
 Opponentes Episcopos ceteris concilia-  
 ret, eosque ad acceptandam Constitu-

P 5 tio-